Universitätsbibliothek Paderborn

# De Sapiente Frvctvoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

VIII. Hieronymo Anglo de oblectanti neceßitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51159

Visual Library

Ab hoc mi Hieronyme adulterio ro te abeſſe: & filios Chriſto, ei Eccleſiæ procreare iuſta natos v Vale, & in iſto vtiliter, viriliterq; cionandi conſilio permane.

## Hieronymo Anglo.

### *De oblectandi neceſſitate.*

Vereor mi Hieronym reprehendar, cùm hæc ſcribam, quæ de oblectan concionatore auditoribus præ collegi, ad te, inquam, qui in op genere dicendi tàm longè proce quod ſi facerem quaſi te erudire cere volens, iure accuſarer, ſed plurimum abſum: neque enim cas, quæ ſunt tibi tritiſſima, ad te mus, ſed quia tuum mihi iucun eſt nomen, & quòd te æquiſſimu rum mearum æſtimatorem exp & iudicem. Attendes igitur dil ter vt ſoles, quæ de oblectandi ne tate, modo, & ratione à me diſp tur. Sunt enim, qui orationis

tatem minus eſſe neceſſariā arbitren-
tur, quorum refellenda ſententia eſt,
ſunt qui aut ſine modo delectent, aut
quia puerilia colligunt, nō delectent,
quorum lepiditatibus moderari ſtu-
demus, ac cupimus: tertium eſt genus
oratorum illuſtrium ac perfectorum,
quibus vera delectandi cognita ratio
eſt, qui neque nihil, neque nimis, tan-
tumq́; dulcedinis adhibent, quantum
muneris ſanctitas ipſa deſiderat, qui
etiā quòd cordas illas pellere ſoleant,
ex quibus concentus exiſtit, patefaci-
endi mihi ſunt, vt qui libenter audiri
volunt, dictioné ſuam ad horum nor-
mam, rationemq́; conforment. De
his igitur agendum tribus eſt, verbo-
ſius fortaſſe, quàm leges epiſtolæ pa-
tiantur, ſed veniam dabis immenſitati
quæſtionis. Et vt ab illa re, quæ pri-
ma propoſita, promiſſaq́; eſt, dicendi
ſumam initium, perſuaſum eſſe con-
cionatori debet, ſine delectatione ni-
hil omnino profici, in magnoq́; illos
errore verſari: qui Chriſtiani oratoris
munus docendi, mouendiq́; neceſſi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tate definiunt, in eaque hæreſi ſunt
delectationem Chriſtiani concio
toris officio parum eſſe conſonam
bitrentur, quorum quàm ſit abſu
ſentẽtia diui Auguſtini teſtimoni
*Lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 8.* illud graue declarat, ad permouen
homines ſalubri ſuauitate, vel ſuaui
lubritate nihil eſſe melius affirma
qui etiam è quatuor libris, quibus
ctorem Chriſtianum inſtituit, &
format, vnum in eo conſumpſit
doceat quemadmodum quæ inu
mus, Rhetorico prope more, id
iucundè & facundè proferamus.
telligebat enim vir ille ſanctiſſim
diuinaque & humana ſapientia n
biliter eruditus, & in hac ipſa dic
arte multum exercitatus ſuauiloq
tię quanta vis eſſet ad hominum m
tes, vel à vitiis retrahendas, vel ad
neſtatem & decus impellendas, v
mus enim illud idem contingere c
cionatori noſtro, quod forenſi ora
*In Bruto.* Cicero, vt eueniret, optabat, vel po
exigebat. Volumus, vt cùm audi
ſit, eum eſſe dicturũ, multo ante lo
ad au

ad audiendum occupetur. Hoc facile aſſequuntur illi, quibus multa ad dicendum ornamenta ſuperant. Fieri quidem & poteſt & ſolet, vt & voce abſoni, & corpore ac vultu vaſtiores, inopeſque ſermonis libenter audiantur. Sanctitatis enim opinio perficit, vt & naturæ vitia tegantur, & dicendi ſuauitatem non requirat auditor nactus eum oratorem, qui nihil ſuadeat, quin ipſe faciat, cuius inaudita virtus ſit, & admiranda religio. Sed de humanis nos hic auxiliis agimus, cœleſtia ſemper excipimus, quæ altiora, potentioraque ſunt, quàm vt de illis hominum ars præcipere quicquam aut poſſit, aut debeat. His qui erit inſtructus, vel infans eloquetur, delectabit illepidus, literarum rudis literatiſſimis anteibit. Et ſi rudis ille non eſt, quem Chriſtus ipſe docuerit. Sed hoc & rarum, & temporum antiquorum. Nunc enim in tanta bonorũ magiſtrorũ copia doctrinæ inſcientia laudabilis eſſe non poteſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dabitq́; operam concionator, vt
quidem virtus emineat, doctrina
non deſit. Et quia viuitur non
perfectis, prçclareq́; cum illo agi
mus, in quo virtutũ videatur eſſe
diocritas, concionator ille, quem
rimus, vel vt meliùs dicam, quem
ſe inueniri fatemur, humanam in
ſtriam adhibebit, terrenaſq́; opes
cœleſtibus, diuiniſq́; coniunget.
ita ſentire viſus eſt ſacer ille Hiero
mus, qui ad Pammachium ſcriben
los irridet, qui eloquentiam Chri
nis parum eſſe decoram putant:
hæc ipſa ſunt verba. *Qui ſermone*
*tari ſe dicit Apoſtolos, prius imitetur*
*tes in vita illorum, in loquendo ſimpli*
*tem excuſabit ſanctimoniæ magnitudo.*
*ſyllogiſmus Ariſtotelis, contortaq́, Chry*
*acumina reſurgens mortuus confutabit.*
*terum ridiculum ſi quis è nobis manen*
*ter Crœſi opes, & Sardanapali delicia*
*ſola ruſticitate ſe iactet.* Ex his Hiero
mi verbis intelligi facilè poteſt, q
habeat neceſſitatem eloquens ora
neque enim dicendo proficimus,

*De optimo genere interpretãdi.*

aut eloquentes, aut Apoſtoli ſimus.
Hoc namq; afflictis, ac prope deſpera-
tis hominum rebus auxilium & ſola-
tium reſtat è multis, vt nimirum qui
in concionandi curriculo, ſtadioque
verſantur, non ſolùm rectè ſentiant,
ſed etiam politiſſimè eloqui poſſint,
quæ cogitarunt. Diſertæ enim con-
cionis tanta vis eſt, vt quæ corruptiſſi-
mæ noſtræ naturę inuiſa maximè ſint,
vehemens idemque ſuauis perſuadeat
orator; furenteſq; amentia populos in
officio contineat. Omnium enim,
quæ ab hominibus appeti voluptatis
& animi gratia ſolét, nihil eſt dulcius,
quàm oratio rebus & verbis illuſtrata.
Dulcis eſt muſicæ concentus, comœ-
diæ lætabiles, artificioſa pictura dele-
ctat, ſuaues epulæ ſunt, hortorũ amœ-
nitate capimur, ludi placent, ſpectacu-
la iucunditatem afferunt, ſed omnes
omnium rerũ ſuauitates oratoria ars,
& dulcedo complectitur. Animum
Hieronyme ad hæc quotidiana prodi-
gia conuerte & quæ dicam diligenter
attende. In ea vrbe, quam aliquis

cócionator incolat, dato æris camp
ſigno, cuncta ciuitas ei⁹ audiendi
ſæpè audiuerit, deſiderio cómouet
Adeſt oı̃m fortaſſe primus adulter
quaquã ſeueritatis ignarus, qua vu
let concionator in mœchos, acc
ambitioſus, qui honorum ſitim ill
explebilé impune non feret: ſcit
quidé auarus, q̃d ſit auditurus, pr
tamé eſt, & ſedé anticipat, iniuria
vltores nó fugit, quã ſint aſperè co
gendi: dynaſtis, ac regulis notű e
ipſorű ſumptib⁹, aleis, luſionib⁹, lu
riæ, libidine, ſtudiis, ac vitę puerſi
quã ſit ſententiã dicturus orator: i
di, procaces, maledici, ebrioſi, lib
noſi, fures, raptores, ſacrilegi, nepo
aſoti, luſores, aleatores, ſcortato
glorioſi, guloſiq́; milites nó igno
ad certiſſimã, grauiſſimãq́; ſe tor
ꝓficiſci: verűtamé adduci nó poſſ
vt à templo abſint, vbi præclarus C
ſtianæ vitæ doctor ſit verba factur
Turpiſſimi & flagitioſiſſimi quiq́; c
entari ſe, & dilacerari ſentiunt, ſed
nerandi vim illam & celeré & cœle

adm

admirantur: mittendiq́; ſanguinis arté cùm ſuaué, tum ſalubré prędicare non deſinunt eiuſq́; laudandi medici finé nullú faciunt, qui doloré ſapore compenſet. Quę verò ſine ſale reprehenſio eſt, q̃ acerba planè & inhumana obiurgatio, q̃ illepida, inſuauiſq; cõqueſtio, tantũ abeſt, vt proſit, vt ſæpè ſit noxia. *Perſuadet enim,* vt eſt apud Lactantium, *quidquid ſuaue eſt, animoq́; penitus dũ delectat, inſidet.* Nã ſi flagitioſæ voluptatis ea ſolet eſſe vis, vt eius illecebris homines ad impuritaté, vel cum animorum pernicie trahãtur, im̃aniaq́; ſcelera ſæpè ſuſcipiant, mirari non debemus, vt liquida voluptas, experſq́; flagitij honeſtatis amoré ingeneret: à vitiiſq; nos ad virtutem & honeſtatem, vel cum corporis cruciatu, & dolore traducat. Vicioſa quidé res eſt, & Chriſtianis indigna moribus nõ quid dicatur, ſed quo modo dicatur attendere. Sed vt loquitur quidã ex noſtris, *quid cum populo agas? iam eò ventum eſt, vt nemo vna ſit ſapientia contentus, omnes ab oratore res requirunt & verba,* oẽs eum,

*Lib. 6. diuinæ. inſtitut.*

*Petrus Perpinnianus oratione 1.*

qui reliquis tacentibus dicturus ſit, v
lunt eſſe eloquentē, nolunt inſuau
nolunt infantē: mos gerendus eſt p
pulo, quem quia non poſſumus tal
habere, qualem volumus, ne ſit ina
noſter conatus, & labor, demus op
vt tales ſimꝰ, quales ipſi auditores
ſunt: volunt autē vt morū & vitæ
giſtrum non modò virtus & ſapien
ſed orationis etiam vbertas, elegan
ſuauitaſq́; commendet. Neq; ſol
hoc tempore placere populo nec
eſt, nam diui Hieronymi ætate, i
ad Pammachiū ſcribens ipſe conq
*De obitu Paulinæ vxoris.* ritur.. *Vulgi ſtandum iudicio erat, &*
*vnius homūcionis offenſio metuenda.* Q
re quibus naturalis inſulſitas erit,
ne inuito populo dicere pergant,
monendos eſſe cenſemus. Niſi ſi
tè ea ſunt voluptate contenti, qu
ex eorum ipſorum irriſione dicax p
pulus capere ſolet. Quibus illud
terdum eueniat neceſſe eſt, vt fac
non facetiis oblectent auditores: eò
nim ridentur magis, quò videri cu
unt ſalſiores. Quòd ſi quando nec

ſit

ſitas huius ingenij viros cõcionari co-
get, neque floſculos vndiq; colligant,
neque abſurdam vocem, abſonamq́;
contendent, neque cùm quid narra-
bunt, omnia perſequentur, remúe or-
natiùs, & floridiùs exponent, quàm
ſimplex ferat ratio veritatis. Nihil vſ-
quam callidè interrogent, perrarò ex-
clament, nunquam ſermoné ab vni-
uerſis ad vnum aliqué transferent, à fi-
ctis perſonis, & mutis rebus abſtine-
bunt: verborum figuras leuiores dili-
genter cauebunt. Hæc illis conce-
dent, qui natura, arte, exercitatione,
vel eloquentiũ, vel certè diſertorum
ſunt nomen aſſequuti. Dabunt ope-
ram, vt nil aſtutum, nil vrbanum, nil
pictum, nil elaboratum, nil denique
coactum adhibeant: quod enim in eis
inſitum, innatumq́; eſſe videbitur, mi-
nus offendet, quàm quod aſſumptum.
Ratione non actione, monendi ſeue-
ritate magis, quàm dicendi feſtiuitate
concionator placebit inſulſus: cui eſſe
ſatis profecto debet, vt ſcientia doctis,
orationis & morũ ſimplicitate ſe pro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bet vniuerſis. Quanquam recon
eruditionis tãta ſolet eſſe vis, vt e
probetur in vulgus, pleniſſimiſq;
ſelliis concionator dicat incomp
le quidem & frigidus, ſed admo
tamen literatus. Enim verò noſſ
næ, quæ ſolet eſſe mutabilis, no
gnitati aſcribimus, vt concionat
uenuſtus à plurimis audiatur.

## EIDEM,

*De inepta delectandi ratione fugi*

EX his intelligi mi Hieron
facilè poteſt verum illud
quod primum poſuimus,
illi rectè ſentiant, qui neceſſariam
lectationem eſſe dictitant, & coſ
opinio, qui ſententiarum pond
rerumq; dignitate contenti ora
leporem, venereſq; reiiciunt. Fr
enim laborabunt, niſi orationis
cedinem cum doctrina, præcepti
vitæ coniungant. Quod quidem
cliue dictu eſt, & factu difficile.
eſt enim cõcionatorum ſcopulus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN